

12 [Ἄντοκράτορες Ἰουστίνος καὶ Ἰουστινιανός ΑΑ.]

..... Τους αἰρετικούς ἡμεῖς μὲν διὰ τοῦτο καὶ
 συνίεναι καὶ προσηγορίαν ἔχειν ἰδίαν συνεχωρήσαμεν.
 ἵνα τὴν καρτερίαν ἡμῶν αἰσχυρθέντες σωφρονήσωσιν
 1 ἐκόντες καὶ πρὸς τὰ καλλίω μεταβάλωσιν. Τοὺς
 δὲ εἰσὴλθέ τις οὐκ ἀνεκτὴ τόλμα, καὶ τῆς τῶν νό-
 μων ἀμελήσαντας παραγγελίας στρατείαις, ὧν οὐκ
 ἔα μετεῖναι τοῖς τοιούτοις αὐτὰ τὰ τῶν βασιλικῶν
 συμβόλων δηλοῖ γράμματα, παρενέβαλον αὐτούς.
 2 Αἰρετικούς δὲ καλοῦμεν τοὺς ἄλλους, ὡς τοὺς γε
 καταράτους Μανιχαίους καὶ τοὺς τοῖτοις παραπλη-
 ρούς, οὐδὲ ὀνομάζεσθαι γούν ταύτη δέον οὐδὲ φαι-
 νεσθαι πον παντελῶς οὐδὲ χραίνειν ὧν ἂν ἐπιφρω-
 3 ται. Ἄλλα τοὺς μὲν Μανιχαίους, ὥσπερ εἰρήκαμεν,
 οὕτω καὶ ἀπελαύνεσθαι δεῖ καὶ μηδὲ τὴν προσηγορίαν
 αὐτῶν ὑπομένειν μηδὲνα μηδὲ περιορᾶν, εἴπερ ἐν
 τῷ αὐτῷ διάγοι τοῖς ἄλλοις ὁ τὴν ἀδείαν ταύτην
 νοσήσας ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ ταῖς εἰς ἔσχατον τιμω-
 4 ρίαις ὑπάγεσθαι τὸν ὁποδὴ γῆς φαινόμενον Μανι-
 χαῖον. Ἐπὶ δὲ τοῖς ἄλλοις αἰρετικοῖς, ὁποίας ἂν
 ὡςί ποτε πλάνης ἢ προσηγορίας (αἰρετικῶν γὰρ πάντα
 καλοῦμεν, ὅστις μὴ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς
 ὀρθοδόξου καὶ αγίας ἡμῶν ὑπάρχει πίστεως), ἀλλὰ
 μὴν καὶ τοῖς τὴν πολυθεΐαν πειρωμένοις εἰσάγειν
 Ἕλλησι καὶ ἔτι τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς Σαμαρείταις
 οὐκ ἀνακήσασθαι μόνον τὰ τῶν ἤδη κειμένων νό-
 μων συνείδομεν καὶ ποιῆσαι τῷ νῦν τούτῳ νόμῳ
 βεβαιώτερα, ἀλλὰ διορίσασθαι καὶ πλείω, δι' ὧν
 ἀσφάλεια μὲν περιέσται μείζων καὶ κόσμος καὶ τιμὴ
 5 τοῖς τῆς εὐαγούς ἡμῶν μετέχουσι πίστεως. Αἰσθέ-
 σθαι δὲ ὑπάρξει πασιν, ἔφαμεν, ὅτι τοῖς μὴ τὸν
 θεὸν ὀρθῶς προσκυνῶσι καὶ τὰ τῶν ἀνθρωπίνων
 6 ἀγαθῶν ἐπέχεται. Οὐδὲνα τοίνυν τῶν ἤδη ῥηθέν-
 των οὐτε μετέχειν ἀξιώματος καθάπαξ οὐδενός οὔτε
 ζώνην περιβάλλεσθαι οὔτε πολιτικὴν οὔτε στρατιω-
 τικὴν οὔτε εἰς τάξιν τελεῖν οὐδεμίαν, πλὴν τῆς τῶν
 καλουμένων κοορταλίνων (ταύτη γὰρ ἐκ γένους ὑπο-
 κειμένους αὐτοὺς ἐνέχεσθαι βουλόμεθα, ὥστε μένον-
 τας αὐτοὺς ἐπ' αὐτῆς καὶ πάντα πληρουντας ἐξ ἀνάγκ-
 ης καὶ πᾶν βάρος ὑπομένοντας, ὅπερ ἔστι τῆς αὐτῆς
 στρατείας, εἰργεσθαι τοῦτο μὲν προκοπῆς, τοῦτο δὲ
 τοῦ κατὰ τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν ἐκβίβασιμῶ
 δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν ἐνεκεν χρεῶν) προστάττομεν.
 τῆ ἐξ αὐτῶν γουῆς ὑποκειμένης δηλονότι τῆ τοιαύτη
 τυχη, καὶ αὐτῶν μέντοι, εἰ μεταξὺ διαλαθεῖν ἠδυνή-
 θησαν, εἰς ταύτην ἀγομένων. ἐκ τῆς κακῆς αὐτῶν
 7 δόξης ἔχειν τινὰ παραίτησιν. Τοὺς δὲ αὐτοὺς
 αἰρετικούς οὔτε ἐκδικιον οὔτε πόλεως πατρὸς μετεῖναι
 φροντίδα συγχωροῦμεν, ὥστε μὴ προφάσει τῆς ἐντεῦ-
 θεν ἀδείας ἐπηρεάζειν τοῖς τε ἄλλοις Χριστιανοῖς καὶ
 διαφερόντως τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ τοῦ
 δικάζειν ἑαυτοῖς ἢ ψηφίζεσθαι τινα περιποιεῖν ἔξου-
 8 σίαν, καθὰ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν νενομοθέτηται. Οὐ
 μὴν οὐδὲ τοῖς σοφωτάτοις συντετάχθαι τῶν δικῶν

ρήτορσιν αὐτοὺς ἐώμεν, οἷς οἰκειότερόν ἐστιν ἢ κατὰ
τοὺς πολλοὺς τὸ τῶν θείων δογμάτων ὀρθῶς αἰσθάν-
νεσθαι, ὅσῳ περὶ καὶ τὸν βίον ἐν λόγοις ἔχουσιν.
9 Ἀλλὰ καὶ τοὺς ὄντας μὲν αἰρετικούς καὶ ἐπι πρὸ
τούτων Ἕλληνας ἢ Ἰουδαίους ἢ Σαμαρείτας καὶ τοὺς
τούτοις ὁμοίους, μετασχόντας δὲ τινος ἤδη τούτων
ὧν περὶ ἐμνήσθημεν καὶ τυχόντας ἀξιώματος ἢ τοῦ
καταλόγου τῶν τὰς δικὰς ἀγορευόντων ἢ στρατείας
περιβεβλημένους ἢ ζώον ὅποιαν οὖν ἐμβληθῆναι τῆς
πρὸς ταῦτα μετουσίας παραχοῆμα παρακελεύομεθα.
10 Καθαρεῦεν γὰρ τὰ ῥηθέντα πάντα τῆς τῶν
τοιούτων νῦν τε καὶ διὰ παντὸς βουλόμεθα κοινω-
νίας, οὐκ ἐπὶ μόνῃς ταύτης τῆς ἐνδόξου πόλεως, ἀλλ'
11 ἐπὶ πάσης ὅλης ἐπαρχίας καὶ τόπου παντός. Ὅπερ
ἐστὶν οὐ καθάπαξ καινόν· τὰ γοῦν ταῖς πλείσταις
τῶν στρατειῶν θεία διδόμενα τῆς ζώης σύμβολα
προσκειμένον ἔχει τὸ δεῖν ὀρθόδοξον εἶναι τὸν ταύτης
12 μεταλαμβάνοντα. Πλήν ἀλλ' ἡμέτερον ἂν εἶναι
καὶ τούτο δοκοῖ τῶν ἀνακτισσαμένων αὐτὸ καὶ μὴ
περιδόντων, καθάπερ ἔμπροσθεν, ἀμελούμενόν τε
παρ' ἐνίων καὶ μέχρι μόνων γραμμάτων κείμενον·
τὰ πράγματα γὰρ οὐχ οὕτως νομίζοντο ἂν ἴδια τῶν
τῆν ἀρχὴν εὐρόντων, ὡς τῶν τοῖς εὐρεθείσι χρω-
13 μένων ἄριστα. Εἰ δὲ παρὰ τὸ προστεταγμένον
ὑφ' ἡμῶν ἀμαρτηθεῖ τι, τὸν μὲν τῶν κεκωλυμένων
ἐφαρμάμενον οὐκ ἀνόνητον μόνον τῆς ἐγγειοθήσεως
ἀποδεικνύμεν καὶ παντελῶς μετέχειν αὐτὸν κωλύομεν,
14 ἀλλὰ καὶ ἴ' χρυσίου λιτρῶν ποινῇ ζημιούμεν. Οἷς
δὲ διαφέρει τὸ τους τοιούτους ἐγγράφειν τῷ δημοσίῳ
καὶ ἀπογράφεσθαι, τούτοις, εἰ μαδόντες τὸ πεπλατη-
μένον αὐτοῦ τῆς δόξης ὅμως προσήκοντο καὶ οὐκ
ἀντεῖπον οὐδὲ ἀπῆλθασαν, ποινῇ ἐπιτίθεμεν χρυσίου
15 λιτρῶν ἡ'. Οὐ μὴν οὐδὲ τὰς ἀρχὰς ἀδώρους
ἀφίεμεν, εἴπερ, οὐς ἐκ τῶν κεκωλυμένων ὑφ' ἡμῶν
ὄντας γινώσκουσι, τούτους ἀνάσχοιντο ταῖς οἰκείαις
ἐναριθμεισθῆναι τάξεσιν (ὑπεξηρομένης δηλονότι τῆς
τῶν κοροταλίνων στρατείας), ἀλλὰ ποινῇ καὶ παρ'
16 αὐτῶν ν' χρυσίου λιτρῶν εἰσπράττομεν. Ἐφ'
ὁπόσοις δὲ ἂν τῶν εἰρημένων κεφαλαίων ἀρμόσαι
συμβαίῃ τὴν ποινῇ, ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμησ τῷ
ἱερωτάτῳ ταμεῖον τὴν ἀπαίτησιν αὐτῆς ποιήσεται
17 καὶ τοῖς θείοις εἰσώσει περιβάτοις. Ἐννοίαν
μέντοι λαμβάνοντες, ὅτι Ἰνδιθους πολλάκις τοῖς καθω-
σιωμένοις ἐγγράφομεν φοιδεράτοις, οἷς οὔτε ἡ φύσις
οὔτε ὁ φθάσας βίος τοὺς τοιούτους ἐνέδηκε λόγους,
συχωρησά τι τῆς ἀκριβείας αὐτοῖς συνείδημεν καὶ
γινωσμένων ἀνέχεσθαι φοιδεράτων καὶ τιμωμένων, ὃν
18 ἂν ἡμῖν παρασταίῃ τόπος. Εἰδότες δὲ, ὡς διά-
φοροι πολλάκις τοῖς οὐκ ὀρθόδοξοις γονεῦσιν αἱ γινώ-
μαι γίνονται, τοῦ μὲν πατρὸς ἢ τῆς γε μητρὸς τῆ
τῶν ὀρθοδόξων πίστει προσενεγκεῖν τοὺς κοινοὺς
παῖδας βουλομένου, πατέρων δὲ ἀντιτείνοντος, ἰσχυ-
ροτέρων εἶναι καὶ τοῖς ὅλοις ἐπικρατεστέραν τὴν γνώ-
μην προστάττομεν τοῦ πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν
τοὺς παῖδας ἄγοντος· μεθίξει τε γὰρ ἐν μέρει τὸ
γινόμενον τῆς τῶν τεκόντων γνώμης καὶ προσέσται

19 τὸ τὰ βελτίω νενικημένοι. Βοηθοῦντες δὲ κἀκείνοις τοῖς παισίν, οὓς οἱ μὴ μετέχοντες τῆς εὐαγούς ἡμῶν πίστεως μισοῦσι πατέρες, ἀμαρτήματα μὲν οὐδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι τῶν ἐν τοῖς νόμοις κεκωλυμένων, διότι δὲ τῆς τῶν γονέων αἰσθανόμενοι πλάνης, τῆς εὐαγούς ἡμῶν μετέχοντες¹ πίστεως, δια τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ νόμου θεσπιζόμεν καὶ τροφῆς τὸν πατέρα τοῖς τοιούτοις μεταδιδόναι πρὸς τὸ τῆς οὐσίας τῆς ἐαυτοῦ μέτρον καὶ τῶν ἀναγκαίων εἰς τὴν ἄλλην διαίταν, ἀλλὰ μὴ καθάπερ τιμωρίαν ἀπαιτοῦντα, διότι τὴν ψυχὴν ἐπηρωρῶθήσαν, λιμώττοντας περιορᾶν καὶ τῶν εἰς τὸν βίον ἀποροῦντας, καὶ πονεῖν ἐνδεῖαν ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν ἔμπροσθε πλάνην, ὃ μηδὲ λέγειν καλόν, ἀναγκαζομένους.

20 Ἄλλα προῖκα ταῖς διὰ τοῦτο λελυτηκνυῖαι θυματρᾶσι καὶ τὰς πρὸ τῶν γάμων θωραεὶς τοῖς ἄρρεσιν, οἷς οὐδὲν ἕτερον ἐγκαλεῖν δύνανται τῶν ἐν τοῖς νόμοις ἀπηγορευμένων, ἐκ παντός ἐπιδιδότωσαν τρόπον, καθάπερ ὁ τῆς οὐσίας αὐτῶν λόγος ἐφήσει, καὶ συνοικίσει τὰς μὲν ἀνδράσι, τοὺς δὲ γυναῖξι κατὰ τὸν νόμον, ὁρθοδόξοις μέντοι προσώποις καὶ τοῦ πράγματος ἀξίοις. δεινὸν γὰρ καὶ παντελῶς ἀνόσιον τοὺς ἐν τοῖς ἄλλοις ἀπασιν ὑπὸ τῶν παιδῶν θεραπευμένους ἐκ τοιαύτης χαλεπαίνειν ἀντοῖς προφάσεως, ἣν 21 ἀμείνους ἦσαν ζηλοῦντες, οὐκ ἀμυνόμενοι. Προνοήσουσι δὲ τῶν προστεταγμένων τούτων ὑφ' ἡμῶν ἐπὶ μὲν τῆς μεγίστης ταύτης πόλεως οἱ τὰς ἐνδόξους ἔχοντες ἀρχάς, καθάπερ ἐκάστῳ διαφέρει, κατὰ δὲ τὰς ἐπαρχίας οἱ τούτων ἡγούμενοι εἴτε μείζους εἴτε ἐλάττους, καθάπερ ἐκάστῳ πρόσφορον. Ἐπιμελῆς δὲ καὶ τῷ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ τῆς μεγίστης ταύτης πόλεως καὶ τοῖς ὀσιωτάτοις ἐπισκόποις ἔσται τῶν ἄλλων πόλεων τοῖς τε τοὺς πατριάρχικους καὶ τοῖς τοὺς μητροπολιτικούς ἔχουσι θρόνους καὶ τοῖς ἐλάττοσι τὸ συμπαρατηρεῖν καὶ συνεπισκοπεῖν, εἰ βεβαίως ταῦτα διασώζεται, καὶ μηνύειν ἐφ' ἡμᾶς, ὅπως καὶ μετὰ πλειονος, εἰ δέοι, σφοδρότητος τοῖς ῥαθυμοῦσι τῶν περὶ τῆς ὁρθοδόξου πίστεως διορισθέντων ἐπεξεργώμεθα. [a. 527]

id est:

Impp. Iustinus et Iustinianus AA.

Haereticis ideo convenire et propriam denominationem habere permisisimus, ut patientiae nostrae pudore sponte resipiscerent et ad meliora revertantur.

1 ¶ Eos autem intolerabilis audacia invasit et se legum sanctione neglecta militibus intruserunt, quarum tales homines participes fieri ipsa imperialium formarum verba manifesto prohibent.

2 ¶ Haereticos autem reliquos omnes vocamus, velut execrabiles Manichaeos quique his similes sunt, quippe quos ne nominari quidem hic terrarum neque omnino conspici usquam nec quicquam polluere tactu suo oporteat.

3 ¶ Sed Manichaeos quidem, quemadmodum diximus, ita et expelli

oportet neque nomen eorum quemquam tolerare nec praetermittere, si eodem loco cum aliis hac impietate infectus moretur, sed etiam ultimo supplicio subici Manichaeum, ubicumque terrarum inventus fuerit.

4 ¶ De reliquis autem haereticis, cuiuscumque erroris vel nominis sunt (haereticum enim vocamus, quicumque non est addictus catholicae ecclesiae et orthodoxae sanctaeque fidei nostrae), quin etiam de paganis, qui plurium deorum cultum introducere temptant, et de Iudaeis et Samaritis non solum leges iam latas redintegrare in animo est et hae lege validiores reddere, sed etiam plura disponere, quibus maior securitas honor existimatio sanctae fidei nostrae participibus erit.

5 ¶ Animadvertere autem omnes possunt, ut diximus, eos qui deum non recte venerantur etiam terrestribus bonis privari.

6 ¶ Supra dictorum igitur quemquam vel dignitatem adipisci vel cingulum aut civile aut militare nancisci vel ad ordinem quemcumque pertinere vetamus nisi cohortalium qui dicuntur: huic enim ex origine subiectos eos teneri volumus [neque] ex mala fide sua excusationem habere, ut in eo manentes et omnia necessario implentes omneque onus quod eius militiae est subeuntes prohibeantur tam a promotione quam ab executione contra orthodoxos Christianos publicorum privatorumque debitorum causa facienda: subole scilicet eorum eidem sorti subiacente et ipsis, si interim latere potuerint, in eam trahendis.

7 ¶ Ipsos autem haereticos neque defensoris neque patris civitatis munus suscipere permittimus, ne praetextu potestatis inde competentis reliquis Christianis et praecipue religiosissimis episcopis noceant, et iudicandi vel condemnandi potestatem sibi parent, quemadmodum et a praedecessoribus nostris constitutum est.

8 ¶ Quin etiam ne sapientissimis causarum patronis quidem eos adscribi permittimus, quos eo magis prae ceteris divina praecepta recte intellegere decet, quo vitam in litteris agunt.

9 ¶ Si qui vero haereticorum eoque magis paganorum vel Iudaeorum vel Samaritarum et qui iis similes sunt iam quid eorum quae commemoravimus teneant et dignitatem nacti vel in matriculam causidicorum recepti vel militia cingulove quocumque potiti sunt, eos confestim eorum communione privari iubemus.

10 ¶ Pura enim ea quae dicta sunt a talium communione reddere nunc et perpetuo volumus, non in hac gloriosa urbe solum, sed in omnibus provinciis et in omni terra.

11 ¶ Quod nequaquam novum est: sane codicillis sacris, qui plerisque militiis de cingulo tribuuntur, adicitur orthodoxum esse debere eum qui id nanciscitur.

12 ¶ Nisi et hoc nostrum esse videatur, quod a nobis confirmatum neque ut antea praetermissum est, cum a nonnullis neglegeretur et nisi in litteris non observaretur: res enim non tam eorum propriae existimantur qui primi eas invenerunt, quam eorum qui inventis optime utuntur.

13 ¶ Quod si quid contra statuta nostra committetur, eius qui prohibita nactus est non solum inutilem creationem ostendimus et recipi prorsus vetamus, sed etiam XXX auri librarum poena eum coercemus.

- 14 ¶ Quorum autem erit tales viros publico inscribere, iis, si certiores facti de perversa eius fide nihilo minus eum admiserint neque contradixerint neque eum reiecerint, VIII auri librarum multam imponimus.
- 15 ¶ Sane ne magistratus quidem impunitos dimittimus, si, quos inter prohibitos a nobis esse cognoverint, eos officiis suis adnumerari sinant (excepta videlicet cohortalium militia), sed et ab iis poenam L auri librarum exigimus.
- 16 ¶ Ex quovis autem memoratorum capitulorum poenam, competere contigerit, illustrissimus sacratissimi aerarii comes eius exactionem faciet et sacris privatis inferet.
- 17 ¶ Considerantes autem, quod Gothos saepe devotis foederatis adscripsimus, quibus neque indoles neque vita praeterlapsa tales animos imposuit, de severitate nonnihil eis remittere decrevimus et foederatos eos fieri honoribusque decorari permittimus, quemadmodum nobis visum fuerit.
- 18 ¶ Scientes vero diversas parentum non orthodoxorum opiniones saepe discrepare, ut pater aut mater liberos communes ad orthodoxam fidem perducere velit, altera vero pars repugnet, firmiorem et in omni re potiore eius sententiam esse iubemus, qui liberos ad orthodoxam fidem ducit: quo facto et ex parte parentum iudicium obtinebit et accedet, ut melior pars superior discedat.
- 19 ¶ Auxilium vero et illis liberis ferentes, quos patres sanctae fidei nostrae expertes oderunt, quamquam peccati legibus interdicti eos accusare non possint, sed quia cognito genitorum errore sanctae fidei nostrae adhaerent, per hanc sacram legem pragmaticam constituimus, ut et alimenta talibus pater pro modo facultatum suarum praestet et quae praeterea ad sustentationem necessaria sunt, neque vero quasi poenam irrogans ideo, quod animam salvaverunt, esurientes et rebus ad vitam necessariis carentes neglegat, ut forsitan per inopiam, quod ne dici quidem decet, ad anteriorem errorem redire cogantur.
- 20 ¶ Sed dotem filiabus ex hac causa detrimento affectis et ante nuptias donationes masculis, quibus nihil aliud eorum quae legibus prohibita sunt obicere possunt, omnimodo constituent, quatenus patrimonii sui vires admittunt, et illas mantis, hos uxoribus ex lege coniungant, orthodoxis tamen eaque re dignis personis, abominandum enim et omnino impium est eos, qui in reliqua re omni a liberis coluntur, ob talem causam iis succensere, qualem imitando, non coercendo, meliores fierent.
- 21 ¶ Iis quae a nobis constituta sunt provideant in hac quidem maxima urbe ii qui illustres magistratus gerunt, quatenus cuique competit, in provinciis vero earum moderatores tam maiores quam minores secundum quod cuique competit.
- 22 ¶ Verum etiam beatissimo archiepiscopo et patriarchae huius amplissimae urbis et piissimis episcopis reliquarum civitatum, tam iis, qui patriarchales quam qui metropolitanas vel minores sedes obtinent, curae erit, ut simul custodiant et inspiciant, num haec firmiter observentur, et ut ad nos referant, quo et maiore, si opus sit, severitate temeratores eorum quae de orthodoxa fide definita sunt persequamur.